



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione

Eusebius <Caesariensis>

[Augsburg], 1522

VD16 E 4299

Quod peccato[rum] anima est causa Cap. xix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34477

296 DE PRAEPARATIONE EVANGELICA

procul ab oculis nostris, aut futura unquam sit, parati sumus ratione ostendere, factum iam fuisse & esse in presentia, futuramq; esse quando eadem misa in aliqua ciuitate pauebit, nec nos impossibilita dicere.

Quod nobiscum gerendum est bellum.

CAPVT. XVIII.

Recte inquit a nobis dictum est, omnes homines sibi ipsi pugnare, neminemq; esse, qui sibi ipsi hostis non sit. Quare praeципua optimaq; uictoria esse seipsum uincere. Sicut econtra turpissimum atq; pessimum a seipso uinci. Et post pauca. Unus est unusquisque nostrum, sed duos secum contrarios amentes habet consiliarios, uoluptatem atq; dolorem quibus opiniones futuroq; accedunt, quas communiter spei nomine appellamus. Proprie autem, quae ante dolorem spes est timor, quae uero ante uoluptatem confidentia nominatur. Ad hec omnia ratio accedit melior aut peior, qua cum quid publice constitutum sit, lex nuncupatur. Deinde haec passiones inquit in nobis quasi nerui aut funes huc & illuc ad contrarias operationes attrahunt. Ratio uero uni semper rationi oportere constanter inherere persuadet, quae quidem ratio aureo quodam fune atq; communis lege uidelicet ciuitatis inniti solet. Alio autem durae asperaeq; tanquam ferreæ sunt. Haec ubique ferme diuinæ literæ predicant, appetitum rationi pugnare docentes, rationemq; optimam esse, quae dei lege dicitur, uictoriæq; laudatissimam cum huic rationi appetitus subiicitur,

VQuod peccatorum anima est causa, CAP. XIX.
Ndecimo autem legum. Necesse est inquit tam uirtutem quam uitiorum causam esse animam, quod Mosayco illi consentaneum est. Si anima peccarit, & si anima delictum fecerit.

De uero Philosopho. CAPVT. XX.

CVm in hebraica scriptura de studio ueroq; philosopho dicat. Bonum est viro si tollat iugum in iuuentute sua, sed debitumq; solus ac tacebit. Cumq; diuinæ prophætæ ac sublimi philosophia in montibus atq; speluncis degerint, ad illum deum metem erigentes. Audias quemadmodum etiam Plato hunc uiuendi modum cōprobauit dicens. Qui præcipui in philosophia sunt, ab adolescentia etiam ipsam uiam, quæ in forum abducit ignorat,

